

## CARMEN APOLLINEUM.

**O**mnibus ante oculos versatur & unica res est,  
 In se quæ formam suscipit aurificam.  
 Forma maris partes, sed foemina materiei  
 Obtinet: illa manet fixa, sed ista fugit.  
 Et ramentum ortu eadem, duplex licet, unaque sola est  
**R**es, Mineræ finis, principiumque suæ.  
 Munge mari uxorem, conjunctos solve, putrefac,  
 Ablue, condensa, fige, fit inde puer  
 aureus: hunc ale lacte suo, totiesque refinge,  
 Tingat ut, & penetrans ceu nova cera fluat.  
 Prae teolis tandem puri sociabilis auri  
 Fermentatur: sic spiritus intrat opus;  
 Quætera sive velis mutare ex arte metalla,  
 Seu libet affectis applicuisse manus.  
 Hæc sunt Alchymicæ mysteria totius artis,  
 Non nisi divinis experiunda sophis.